



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

16. Dies Maji. Non accepimus brevem vitam, sed fecimus, nec inopes ejus,
sed prodigi sumus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

projicitur in tenebras exteriores? Igitur excole agrum, ut referas fructum. Enim verò:

Fructus non fit multus, ager si non benè cultus.

16. DIES MAJI.

Non accepimus brevem vitam, sed fecimus nec inopes ejus, sed prodigi sumus. *Seneca de brev. vit. c. 1.*

Otium. I. **D**amna otii non obiter expendenda sunt, sed cum otio, illud vitam etiam ad lustrum multa, & Olympiades prorogata, reddit brevem quia otiosi vita, cum nullius sit metiri, nullius quoque est pretii. Nam tempus otiosè impendens est temporis pretium, quod est majus omni pretio prodigere, otium vitiosum est triplex, quod tribus his punctis perstringemus. Primum est purum otium, quod ab omni serâ actione est remotum. Illi fruuntur, quorum animos libido effeminavit, quod ut in alto mari, sine gubernatore, sine remige, omnibus ventis blandientis licentiæ ad languidam corporis oblectationem rapiuntur: qui veterno languore ignaviâ diffluentes, quasi nati consumere fruges, pergritia emolliti, & delinimentis otiosi voluptatis, nihil boni honestique moliuntur: in risu, in nugis, fabellis pretiosum tempus occupant, in continuâ cessatione, inertî, vitiosâ, quasi jumenta in stercore suo computrescunt. Illi tales, quæcumque Deus vel natura, vel Ars aliqua illis ad obsequium, delectationem

Majus
converte
cibum a
tem ad n
mam con
fraudes,
glorii,
num sep
II. A
est prop
dulciam
riofî in f
lieno fru
nihil agu
ma negot
theatris f
ficantur
tionibus
toti efful
immisce
inter priv
cent; pe
quid dic
muscz in
nullius b
inquieta
singuli d
na, tum
jactatio,
in caduc
tur dign
caelum e
III. 7

convertunt in suum damnum, potum ad ebrietatem, cibum ad crapulam, otium ad somnolentiam, quietem ad marem, valetudinem ad voluptatem, formam corporis, ad culpam libidinis, ingenium ad fraudes, scientiam ad superbiam, homines planè inglorii, & marci, quorum vita est vivorum hominum sepultura.

II. Alterum genus otii est negotiosum, & eorum est proprium, qui omne tempus suum, & omnem industriam collocant in rebus nihili, qui otiosè laboriosi in futilibus, novisque negotiis, nullo suo vel alieno fructu laborant: qui operosè omnia agendo, nihil agunt: qui sunt (ut loquitur Tertullianus) *fama negotiatores*, utpotè qui in foro, in Gymnasiis, in theatris famæ suæ, atq; ostentationi sitientissimè velificantur, qui in vanum operosi otiosissimis occupationibus perdunt diem. Illi nunquam sunt apud se, toti effusi in res vanissimas, propria despiciunt, se immiscent assiduissimè in alienis, non se continent inter privatos parietes, forum, constrina, & trivium placent; per alienas domos vagantur, quid ubique fiat, quid dicatur volunt cognoscere: per viciniam, ut muscæ importunæ volitant, totâ urbe nullâ causâ, nullius bono circumcursant. Denique toti vagi, & inquieti plus foris, quàm secum habitant: quibus singuli dies, perpetuæ sunt nundinæ, inutiles, & vanæ, tumultuosum forum, inops mentis, & rationis jactatio, turbulenta in futilibus rebus sollicitudo, & in caducis perennis circuitus. Interim nullæ sumuntur digne Christiano actiones, eripitur è mentibus cælum & gloriæ lumen.

III. Tertium genus est illorum, qui Dei dotibus

otiosissimè abutuntur. Qui cum pareant ingenio, ignavi consenscunt in otio, nihil efficiunt ad publicam utilitatem, nihil ad suam; defodiunt cæli dona, oblivione virtutem, otio artem, silentio maximarum rerum cognitionem, obliteratione sapientes cogitationes, utilissima facinora quæ possunt aggredi & exequi domestico, velut stupore consépeliunt. Quare post vigorem juventutis languelcentes, nihil jam grande moliuntur, nihil præclarum cogitant, nihil divinum meditantur, vitæ ipsius causa vivunt, & plurimum fecisse se putant, si quietissimè, & commodissimè ætatem agunt. Illud porro multo maximum est indignum, si exquisiti ingenii dotibus exculti, & variis scientiis imbuti, & à Deo ad res graviores subornati, sese ad humillima quæque abjicerent: si totos dies cum catellis luderent, cum pueris garrirent, & equitarent in arundine longa, in tonstrinis sederent, oberrarent in triviis, cum histrionibus nugarentur, cum stulto illo Imperatore muscas domi, contentione irridendâ captarent. Tales indubiè januam aperiant inertissimo otio, & impuræ voluptati. Noscitur non ita amentes, & prodigi sumus rei pretiosissimæ, & irrevocabilis, & irreparabilis: æstimemus quia est inæstimabile, vel punctum temporis, quæ nobis possimus comparare æternitatem felicitatis. Denique ubi otium, illic omne vitium. Hoc enim altè mihi residet oraculum Poëtæ:

Miles amat Bellum, venus otia, cultor agellum.